



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quare Christus non fuit decimatus in Abraham sicut Leuitic. C

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

Ad principiū immunis extiterit, Augustinus evidenter ostēdit  
 & 36. in to. 7. in libr. de natura & gratia: inquiens, Excepta san-  
 cta virginē Maria, de qua propter honorē domini  
 nullam prorsus cum de peccatis agitur, haberī vo-  
 lo quæstionē. Inde n. scimus, quod ei plus sit gratiæ  
 collatum ad vincendū ex omni parte peccatū, q  
 cōciperē ac patere meruit, quem constat nullum  
 habuisse peccatū: Hac ergo virginē excepta, si om-  
 nes sancti & sanctæ cōgregari possent, & quærerē-  
 tur ab eis an peccatū haberent? quid respondere-  
 tur, nisi quod Ioannes ait, Si dixerimus, quia pec-  
 catum nō habemus, nosipso seducimur? illa autē  
 virgo singulari gratia præuenta est atque repleta,  
 vt ipsum haberet ventris sui fructum, quem ex ini-  
 tio habuit vniuersitas dominum: vt illud qnasce-  
 batur ex propagine primi hominis, tancummodo  
 generis, non criminis originem duceret.

Ioan. I.

Quare non fuit Christus decimatus in Abraham, sicut Le-  
ui, cum caro quam acceperat in eo, fuit peccato  
obnoxia.

Cum autē illa caro, cuius excellētia singulatissima  
 verbis explicari non valet, antequam esset verbo  
 vñita, obnoxia fuerit peccato in Maria & in aliis à  
 quib⁹ propagatione trāducta est: nō immiterito vi-  
 deri pōt in Abraham peccato subiacuisse, cui⁹ vñiuer-  
 sa caro peccatis subiacebat. Vnde quæreris so-  
 let, quare Leui decima dicatur in Abraham & non  
 Christus, cū in lumbis Abrahæ vterq; fuerit secun-  
 dū materialē rationem, quando Abrahā decima-

Gen. 14. d.

ad Heb. 7. b

t⁹ est, & decimas dedit Melchisedech, tunc n. Apo-  
 stolus, Leui decimatum dicit in Abraham, tanquā  
 in materiali causa: Quia ea decimatio si eut Abra-  
 hā minor Melchisedech ostēditur, cui personaliter  
 decimas soluit, ita & Leuiticus ordo, qui in Abra-  
 hā secundū rationē seminalē erat, & ex eo per cō-  
 cupiscentiā carnis descendit. Christus autē nō est  
 decimatus, quia licet ibi fuerit secundum carnē,

non

non tamē inde descendit secūdum lēgēm com-  
munem, sc. per carnalem libidinem, sicut etiam  
in Adam omnes peccauerunt, sed non Christus. *Ad Rom. 5.*  
*Vnde August. super Genes. Sicut in Adam peccan-* *c. 10. c. 19.*  
*te, qui in lumbis eius erant peccauerunt: sic Abra-* *in fine, tom. 3.*  
*ham dante decimas, qui in lumbis eius erant, de-*  
*cimati sunt. Sed hoc sequitur in Christo, licet in*  
*lumbis Adæ & Abrahæ fuerit: quia non secundum*  
*concupiscentiam carnis inde descendit. Cum er-  
go Leui & Christus secundum carnem essent in*  
*lumbis Abrahæ, quando decimatus est, ideo pari-  
ter decimati non sunt, quia secundum aliquem* *Ibid. c. 10.*  
*modum non erat ibi Christus, quo erat ibi Leui.* *ad princip.*  
*Secundum rationem quippe illam seminalem ibi* *Ibid paulo*  
*fuit Leui, qua ratione per concubitum venturus inferius,*  
*erat in matrem: secundum quam rationem non*  
*erat ibi Christi caro, quamvis secundum ipsam i-*  
*bí fuerit Mariæ caro. Ille ergo decimatus est in A-*  
*braham, qui sic fuit in lumbis Abrahæ, sicut ille*  
*fuit in lumbis patris sui: id est, qui sic est natus de*  
*patre Abraham, sicut ille de patre suo natus est, sc.*  
*per legem carnis, & inuisibilem concupiscentiam.*  
*Quare caro Christi dicta est in scriptura non fui-*  
*specatrix, sed similis: quo aperitur quare obligata*  
*peccato non fuit in Christo.* D

Quocirca primitam nostrę massę recte assum-  
psisse dicitur Christus: quia non carnem peccati,  
sed similitudinem carnis peccati accepit. Misit  
enim Deus filium suum (ut ait Apostolus) in simi- Ad Rom.  
litudinem carnis peccati. Assumpsit. n. verbum s.a.  
carnem peccatri simile in pena, & non in culpa,  
& ideo non peccatricem. Cætera vero hominum  
omnis caro peccati est. Sola illius nō est caro pec-  
cati: quia non eum mater concupiscentia, sed gra-  
tia cōcepit: habet tamē similitudinem carnis pecca-  
ti per passibilitatem & mortalitatem, qā esuriit, sitit,  
& huiusmodi. Licet ergo eadē caro sit eius quæ &